Enīsdem. Motu p̄opōrio/ ex certa scientia/ et de consilio fratrū/ confirmat et roborat amplissimas concessiones per Iohannē. xxij. Cilistum. Nicolaū/ et Dium/ ordini factas de non cōmendandis monasterijs etiā cardinalibus/ et cetera multa que optime videri debent in textu. Et q̄ transumpto fides adhibeatur sicut originali,



Ixtus Epus seruus seruorum dei. Ad perpetuā rei memoriam.
 Regimini vniuersalis ecclesie quis imeriti disponēte dno presidentes curis purgemur assiduis/ vt iuxta tradite nobis desuper dispensatiōis officiū/quieti subditorum quo-
 rūlibet/presertim sub regulari obseruantia studio pie vite vacantiū/in quorū utiqꝫ p-
 speritate reficimur/iugi quantū nobis ex alto conceditur soli-
 citudinis studio intendamus/ t̄ his que p religionis incremē-
 to ac personarum regularium statu pacifico t̄ tranquillo pro-
 uide facta conspicimus/ vt perpetuo illibata persistant libenter
 nostri muniminis adiūcimur firmitatem. **D**udū siquidem a fe-
 licis recordationis **P**io papa. iij. pdecessore nostre diuerse litte-
 re in quibus nōnulle alie inseruntur emanarunt tenorum sub
 sequentium. **P**ius Epus seruus seruorum dei. Ad futurā
 rei memoriam. Aplice sedis nobis iniunctū desup seruitutis of-
 ficiū mente nostrā excitat t̄ inducit vt circa ea que p statu pro-
 spero monasteriorū Listerciei ordinis/ t̄ in illis pie vite dedita
 rū psonarū pfutura spicimus operosis studiis intendamus/
 t̄ his que ppterēa facta fuere compimus/ vt illibata persistant
 aplici muniminis adiūciamus firmitatē/ t̄ ea concedamus que
 desuper sunt oportuna. **D**udū siquidem a felicis recordatio-
 nis **N**icolao papa. v. pdecessore nostro littere in quibus bone
 memorie Baldasaris ep̄i Tusculanenī tunc Johannis. xxiiij. in
 sua obediētia de qua partes ille erant nūcupati inserunt ema-
 narunt tenoris subsequētis. **N**icolaus Epus seruus ser-
 uorum dei. Ad perpetuā rei memoriam. Inter cetera orbis ecclias
 monasteria/ t̄ alia pia loca monasterij Listerciei Labilonei di-
 ocessis/ ac Listerciei ordinē affectu beniuolo psequētes illa p-
 sonis eis p̄sidentibus libēter cōcedimus que ipsaū ac mona-
 sterij t̄ ordinis predictorū fauorē t̄ cōmoda respicere dinoscun-
 tur. **D**udū siqdē Baldasaris olim ep̄i Tusculanenī in sua obe-
 diētia de q̄ partes ille iūc etat **B**ebenis. xiiij. iūcupati ī fau-
 orē dicti monasterij/ ac illi abbas/ necnō abbatis/ t̄ abbissaꝝ

dicti ordinis p tēpore existentū emanarint littere tenoris sub
 sequentis. **Johannes** Ep̄s seruus seruor̄ dei. Ad ppetu
 am rei memoriā. Ad salutare regimen ac incremēta. pſicuā di
 lectorū filiorū ordinis Cisterciēn qui in agro plantatus domi
 nico vberes fructus ad laudē diuini nominis odorē suavitatis
 pducit assidue in ultimos orbis fines/paterne cōſiderationis
 dirigētes intuit⁹/r cupiētes vt eo vigilantius atq; deuoti⁹ al
 tissimo impendere valeant iugiter famulatū quo maiori quie
 tudine in contēplatione fedula diuinoū salubriter pſuentur
 ac deuotis supplicationib⁹ dilector⁹ filioꝝ abbatis r cōuentus
 monasterij cistercisi/Cabilonesi diocesis/necnō coabbatum r
 abbatissarū dicti ordinis cisterciēn in hac parte fauorabiliter
 annuētes hac pſenti cōſtitutione ppetuo duratura/r applica au
 toritate decernim⁹ statuētes qđ de cetero in pſato ordine Ci
 stercisi/aut eius mēbris nullus qui de dicto ordine nō exiſtat
 cuiuscūq; alterius religionis/ordinis/status/dignitatis/aue
 p̄eminentie fuerit/etia si cardinalatus dignitate fulgeret/ apo
 stolica vel alia quauis auctoritate possit vel debeat pſidentiā
 gubernationē/administrationē/aut p̄eminentiā aliquis per se
 vel alios/directe vel indirecte/aut quouis questo colore quo
 modolibet impetrare/obtinere/regere/administrare/vl gubern
 are/quōcung⁹ aut qualitercung⁹. Decernētes ex nūc iuriū et
 inane si secus sup his a quoquā quauis auctoritate ſcīter vel
 ignoranter cōtigerit imposterū quomodolibet attēptari. Per
 pdicta vero nullum p̄iudiciū afferri volumus alicui ex venero
 biliſ fratrib⁹ nostris Sancte Romani ecclie cardinalib⁹ in
 presentiarū in pſato ordine Cisterciēn gubernationē/cōmen
 dam/administrationē/ſeu pſidentiā aliquas obtinenti quomi
 nus illas gerere valeat r tenere iuxta formā litterarū apostoli
 carū eidem desup hactenus concessarū. Nulli ergo oīno homi
 nū liceat hanc paginā noſtre cōſtitutionis r voluntatis infrin
 gere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemp
 tate p̄ſumpserit/indignationē omnipotētis dei/ r beator⁹ Ipe
 tri r Pauli ap̄lorum eius ſe nouerit incursurū. Datum Cōſtan
 tie. vii. kl. Februarij. Pontificatus noſtri Anno quinto.

Nos igitur abbatii et monasterio/ nec non coabbatibus et abba-
 tissis predictis ampliori desuper aminiculo pridere cupientes/ ac
 litteras et tenorem antedictos ratos habentes et gratos/ illos au-
 toritate apostolica/ et exulta scientia hanc serie inouamus/ ac vim
 et vigorem habere decernim⁹/ nec non statuta/ decreta/ ac omnia
 alia et singula in dictis litteris contenta/ et quecumque inde secuta/
 eisdem auctoritate et scientia confirmam⁹/ approbamus/ et presentis
 scripti patrocinio communimus. Non obstantib⁹ constitutionib⁹
 et ordinationib⁹ apostolicis/ nec non omnibus illis que dictus Valda-
 sar epus in predictis litteris suis non obstatere voluit/ ceterisque con-
 trariis quibuscumque. Nulli ergo oino hominum liceat hanc pagi-
 uam nostre innouationis/ constitutionis/ confirmationis/ appro-
 bationis/ et communitionis infringere/ vel ei ausu temerario co-
 traire. Si quis autem hoc attemptare presumperit/ indignationem
 omnipotentis dei/ et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se
 nouerit intusque. Datum Rome apud sanctum Petrum/ Anno in-
 carnationis domine Adcccc.lviij.iij. Non Octobris. Pontifica-
 tus nostri anno octavo. Nos igitur pariformiter ex certa sci-
 entia nostra/ singulas predictas litteras ratas et gratas habentes
 illas et in eis contenta/ et inde secuta quecumque auctoritate aposto-
 lica hanc serie inouam⁹/ ac vim et vigorem habere foreque subnixas
 decernim⁹ ac confirmam⁹ et approbamus presentisque scripti patro-
 cinio communim⁹. Decernentesque presentium transumpto alicuius epipi-
 scopalis vel superioris curie ecclesiastice sigillo munito/ et signo
 et subscriptione notarii publici signato in iudicio et extra ipsius
 tamque presentis et presentibus litteris si exhiberent plena fides ad-
 hibeant/ et pinde stetur ac si ipse presentes et presenti littere forent
 exhibite vel ostense/ nec desuper alterius probationis aminiculum re-
 quiratur. Nulli ergo oino hominum liceat hanc paginam nostre in-
 nouationis/ constitutionis/ confirmationis/ approbationis/ com-
 munitionis/ et decreti infringere/ vel ei ausu temerario contraire.
 Si quis autem hoc attemptare presumperit/ indignationem omni-
 potentis dei/ et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit in
 cursu. Datum Abantue anno incarnationis dominice Ad.
 cccc.lx.vij.kl. Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

Pius Ap̄s seruus seruorum dei. Ad futurā rei memoria. Licet
 ea que p̄ predecessores nostros Romāni pontifices puidē fac-
 ta fuerunt et ab eis rite processerūt plenam obtineant firmitatē.
Mos tñ illis interdū ap̄lici munimini robur adiūcim⁹/ ut eo fir-
 mius illibata p̄sistant/ quo magis nostro p̄sidio cōmunita. Du-
 dum siquidē felicis recordationis **A**listus papa. iij. p̄decessor
 noster ex certis ratiōabilib⁹ causis nōnulla statutū/ declaratio-
 nem/cassationē/ et irritationē p̄ vtilitate et cōseruatione mona-
 steriorū et locorū/ ac religiosorū **L**istercieñ ordinis motu p̄prio
 et ex certa scientia/ et de plenitudine ap̄lice potestatis fecit et cō-
 cessit. put in ipsius p̄decessoris litteris quas diligēter in cancel-
 laria ap̄lica inspici et eraminari fecimus/ q̄z tenor in fieri⁹ est in-
 sertus pleniū cōtinetur. **M**os igitur motu scientia et potesta-
 te similib⁹/ nō ad alicui⁹ instantiā/ sed de nostra mera liberali-
 tate statutū/ declaracionē/cassationē/ et irritationē p̄dicta rata/
 et grata habentes illa et quecunqz inde secuta auctoritate apo-
 stolica cōfirmamus/ et p̄sentis scripti patrocinio cōmunic⁹ sup-
 plendo omnes defectus si qui forsan interuenerint in eisdem/
 necnō litteras ipsas vim et vigorē habere ac viribus subsistere
 decernimus p̄ p̄sentes. Nō obstantib⁹ cōstitutionib⁹ apostoli-
 cis/ ac omnibus illis que dictus predecessor in eisdem litteris
 nō obstat voluit/ ceterisqz cōtrarijs quibuscūqz. Tenor vero
 ipsarū litterarū de verbo ad verbū sequitur/ et est talis. **A**lis-
 tus Ap̄s seruus seruorum dei. Ad futuram rei memoriam.
 Ad fructus vberes quos Listercieñ ordo in agro militatis ec-
 desie plantatus dextera dñi vclut arbor bona pduxit hacte-
 nus/ et pducit cōsiderationis nostre oculos extendentis/ apo-
 stolici fauoris presidiū sibi libēter impartimur/ et in his que so-
 lidationem status/ nec nō perpetuā pacem et tranquillitatē ei-
 usdem cōcernunt nos gratiosos et fauorabiles exhibemus. **N**ū
 itaqz sicut ad apostolatus nostri puenit auditum ordini Lister-
 cieñ prefato/ ac illi⁹ monasterijs/personis/ atqz locis magna pe-
 rieulose desolationis dispendia imminere noscan⁹/ ex eo quia
 nōnulli pretextu quarundā litterarū apostolicarū etiam ad va-
 catura se extendentū in dictis monasterijs atqz locis/ prefici et

p̄cess̄e presumisit. Nos ne p̄ hoc nostre cōscientie serenitas re-
 maneat in tranquilla taliū turbationū materias ab eodem or-
 dine p̄pellere/premissis scandalis et incōuenientijs quātum
 nobis ex alto pmittitur obuiare/necnō circa hoc salubre reme-
 diū adhibere cupiētes/motu pprio/nō ad alicui⁹ nobis super
 hoc oblate petitiōis instantiā sed ex nostra certa sciētia/et apo-
 stolice potestatis plenitudine/statuim⁹ nostreg⁹ intentionis fu-
 ille et esse declaramus/necnō harū serie cōcedimus/qd nulla p̄
 nos aut sedē apostolicā/seu nostra vel ipsius/aut alia quauis
 auctoritate in genere vel in specie sub qbusuis formis aut ver-
 boū expressionib⁹ et cum quibuscūq⁹ etiam individualiū et ali-
 arū derogatoriay clausulay/etiam taliū qd illis p̄ qucuis alii
 aplica/litteras/priuilegia/et indulta/ipsis etiā signanter specifi-
 ce et expresse derogantia minime derogatū fuisse vel esse cense-
 atur/seu derogari nō possit/vim et effectū habentibus ceterisq⁹
 effectui p̄sentū preiudicialib⁹ clausulis et decretis irritantibus
 quibusuis psonis/cuiuscūq⁹ stat⁹/gradus/dignitatis/ordinis
 vel p̄ditionis/etiā si sc̄te Romāni ecclesie cardinales/aut sedis
 aplice officiales/seu epi/aut alteri⁹ ordinis abbates/etiā mo-
 tu et scientia similibus/seu ad regum/principum/vel prelatoꝝ
 quorūlibet supplicationem/vel aliquorū resignatorum benefi-
 ciorum/iuris cessionem/vel recōpensationis/aut alio quoquis
 intuitu/seu in earū fauorem concessa hactenus vel impostaū
 concedenda/expectatiue/cōmende/aut alie queuis littere/ fa-
 cultates/nominationes/et mandata/necnō prerogatiue/ante-
 lationes/declarationes/exceptiones/priuilegia/et indulta/ac
 facte et forsan faciende/etiā de primouacaturis monasterijs/p̄
 latutis/dignitatib⁹/et locis dicti ordinis speciales reseruatōes
 quoꝝ oīm tenores ac si de verbo ad verbū inserti forēt p̄stib⁹
 haberi volumus p̄ expressis/et que suum nondum sortita sunt
 effectum/quoꝝ vigore in ipsis monasterijs aut eorū aliquo
 nō est alicui ius quesitū ad monasteria prelaturas abbatiales
 et alias dicti ordinis dignitates/et loca/etiā vtriusq⁹ sexus ordi-
 nis huiusmodi aliqualiter se extendant/aut quomodolibet se
 extendere possint sive debeat/ nec monasteriorum et locorum

buiusmodi cōuentus/religiōse psone/aut vasalli/etia vtriusq
sexus ad receptionē etiā alicui^o auctoritate taliū litterarū t p-
cessuū exinde habitorū teneantur/nec ppter ea interdici/suspē
di/vel excōicari possint/cassantes t irritantes/ac p infectis et
nullis habentes illa oia t singula talia/expectatiuas/gratias/
facultates/litteras/nominationes/reseruationes/nominādi/
reseruandi/vniendi/t alia mandata aplica suum effectū nōdū
sortita/t alia p que effectus p̄sentium quomodolibet impediri
posset vel differri/ac decernētes illis nullā in iudicio vel extra
fidem adhibendā fore/nec cōuentus t psonas eorundē mona-
steriorū ad receptionē eorundē p̄textu litterarū ipsarū teneri/
necnō put est irritū t inane si quid secus sup his a quoq̄ qua-
uis auctoritate scienter vel ignorāter imposterū cōtigerit atte-
ptari. Nō obstantibus si in facultatib^o t litteris seu mandatis
bmōi tales apposite fuerint clausule/ scz aut si locorū ordina-
rijs/seu abbatib^o/abbatissis/vel cōuentibus dicti ordinis vel
quibusuis alijs cōmuniter vel diuīsim ab eadē sede indultū sit
qd ad receptionē vel p̄missionē alicui^o minime teneant/ t ad id
cōpelli/aut qd interdici/suspendi/vel excōmunicari nō possint
p litteras aplicas nō faciētes plenā t exp̄ssam/ ac de verbo ad
verbū de indulto bmōi mentionē/p quā quidē clausulā aut cu-
iūsuis alterius similis vel efficacioris clausule adiectionē vel
appositionē decernim^o p̄sentibus nō fuisse sufficienter deroga-
tū/ ac cōstitutionib^o t ordinationib^o aplicas/priuilegij quoq;
ac statutis t cōsuetudinib^o ordinis/monasteriorū/iuramento/
cōfirmatione aplica/vel quacūq; firmitate alia roboratis/cete-
risq; cōtrarijs quibuscūq;. Nulli ergo oīno hominū liceat hāc
paginā nostroz statuti/declarationis/cōcessionis/cassationis
t irritationis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs
autē hoc attemptare p̄sumperit/indignationē omnipotentis
dei/ t beatorū Petri t Pauli aplorum eius se nouerit incursu-
rum. Datum Rome apud sanctū Petru/Anno incarnationis
dñice Ad.cccc.lviiij.iij.kl. Adaij. P̄otificat^o nostri Anno quar-
to. Ceterū qr difficile foret p̄insertas t presentes litteras ad
singula in quib^o de eis fides forsitan facienda fuerit loca defer-

re volumus et apostola auctoritate supradicta decernim⁹ qđ ip-
 sarū transumpto alicuius ep̄alis/ vel superioris curie ecclesiasti-
 ce sigillo munito/ ac signo et subscriptione notarij publici signa-
 to et legalis in iudicio et extra tanq̄ ipsis p̄insertis et p̄sentibus
 litteris si exhiberent plena fides adhibeatur/ ac p̄inde stet/ ac
 si ipse p̄inserte et p̄sentes littere forent exhibite vel ostēse. Nulli
 ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostroꝝ cōfirmationis/
 cōmunionis/ suppletionis/ voluntatis / et decreti infringere/
 vel ei ausu temerario p̄traire. Si quis aut̄ hoc atteptare p̄sum-
 pserit/ indignationē omnipotētis dei/ ac beatorꝝ Petri et Pau-
 li apostolorū eius se nouerit incursum. Datum 29. Septembris An-
 no incarnationis dñice A.D.cccc.lix. vij. kl. Augusti. Pontifica-
 tus nostri Anno primo. Num aut̄ sicut accepimus nonnulli
 cōtra tenore predictarū litterarū monasterijs ipsius Listercien-
 ordinis quādoꝝ p̄ficiantur/ aut eis monasteria ipsa cōmittan-
 tur/ siue in cōmendā cōcedantur/ et p̄pterea monasteria huius-
 modi tam in spiritualib⁹ qđ temporalibus nō modica passa fu-
 erint et patiantur detrimēta. Nos ipsorū monasteriorū et dicti
 ordinis statum prosperū et tranquillū paterno zelantes affec-
 tu/motu p̄prio non ad alicui⁹ super hoc nobis oblate petitio-
 nis instatiā/ sed de nostra mera liberalitate statuta/ declaratio-
 nes/cassationes/ irritationes/ et decreta predicta tam p̄ ipsum
 D̄ium/ ac bone memorie Nicolaū. v. et Lalistum. iij. Romanū
 pontifices p̄decessores nostros/ quā Baldasarē ep̄m Luscula-
 neſi Johanne. xxiiij. in sua obedientia nūcupatum/ vt in prein-
 sertis eorū litteris cōtinetur/ facta et concessa rata et grata ha-
 bentes/ illa ac omnia et singula in eisdem singulis litteris con-
 tenta/ necnō inde secuta quecunq; auctoritate apostolice ex certa
 Scientia et de plenitudine sedis apostolice potestatis tenore presen-
 tum pro nobis et successorib⁹ nostris Romanis pontificibus
 de fratrū nostrorū consilio cōfirmamus et approbamus/ ac pre-
 sentis scripti patrocinio cōminimus/ suplentes omnes et sin-
 gulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdē/ ipsasq; sin-
 gulas litteras innouamus/ vim p̄ et vigorem perpetuo habere
 et viib⁹ subsistere decernim⁹. Non obstantibus omnib⁹ que-

Nicolaus / **C**alistus / **T**ripius predecessoris nostri / **T**homas de Valdazar p-
 fati in predictis eorum litteris voluerunt non obstat necnon qui-
 busuis specialibus et generalibus reservationibus litteris comen-
 dis / pruisionibus / regulis / et cōcessionibus / alijsqz cōstitutioni-
 bus et ordinationibus apostolicis ex quacūqz causa pcesserint /
 aut pcedent in futurū quorū omniū tenores ac si de verbo ad
 verbū psentibus pro sufficienter expressis haberi volumus / et
 quibus earūqz effectui vi / robori / et executioni quatenus predi-
 ctis et psentibus litteris earūqz effectui aduersarentur preudi-
 carent / nocerent / vel obuiarent / seu pjudicare / aduersari / noce-
 re vel obuiare possent quomodolibet in futurū / motu / et scien-
 tia similibus specialiter et expresse derogamus / necnō monaste-
 riorū et ordinis predictorum iuramento confirmatione aposto-
 lica vel quavis firmitate alia robورatis / statutis et cōsuetudini-
 bus contrarijs quibuscūqz. Volumus autē qđ pro tempore or-
 dinis auctoritate in abbates ipsorum monasteriorū promoti
 et aliorum beneficiorū prouisi / infra quatuor meuses a die p-
 motionū siue prouisionū suarum ad curiā pro illarū confirma-
 tione impetranda venire aut mittere / et annatam siue medios
 fructus primi anni ipsorum monasteriorū secundum taxam in libris
 camere apostolice positam soluere / ac de alijs iuribus consue-
 tis eidem camere satisfacere teneātur. Alioquin pmotiones si-
 ue pruisiones illorū qui secus fecerint nullius sint roboris vel
 momenti / liceatqz ex tunc nobis et dictis successoribus nostris
 de psonis idoneis eisdem monasterijs et beneficijs pro quibus
 ut pfectur factum non fuerit puidere. Pterum quia difficile fo-
 ret pistentes litteras ad singula loca in quibus ille forent neces-
 sarie transferri / etiam volumus et dicta auctoritate decernim⁹
 quod earū transumptis manu notarij publici subscriptis / et si-
 gillo alicuius Archiepiscopi / Episcopi / vel alterius prelati mu-
 nitis / prorsus in iudicio et extra plenaria fides adhibeat / ac
 illis stetur in omnibus et per omnia sicuti originalibus litteris
 adhiberetur et eis staretur si forent exhibite vel ostense. Nulli
 ergo omnino hominū licet hanc paginam nostre confirmationis /
 approbationis / cōmunitonis / supplicationis / innouationis /

constitutionis/derogationis/voluntatis/r decreti infringere/
vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p-
sumpserit/indignationē omnipotentis dei/ ac beatorū Petri
et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Ro-
me apud sanctum Petru/ Anno incarnationis dominice Ad
lesimo quadringentesimo septuagesimoqnto. vj. Idus Adar-
tij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Bullam premissam seu priuilegium de verbo ad verbū cō-
firmat in magno codice dominus Innocentius papa octau^o.
Et incipit Regimini yniuersalis/in principio.

Reisdē. Or occurrendo desolationi mo-
nasteriorū p cōmendatarios introductel
mandatur districtissime cōmendatariis et
eorum officiariis/procuratoribus/fauto-
ribus/adherentibus/receptorib^o/icono-
mis/vicariis/t administratorib^o/ sub pe-
nis excoicationis/anathematizationis/
suspensionis/t interdicti/ necnō sub ex-
pressa puatione regiminis t administra-
tionis omnīū monasteriorū/ locorū/ be-
neficiorū/canonicatuū/prebendarū/ dig-
nitatū/personatuū/officiorū/pensionū
fructuū/t prouentuū/ac sub pena inha-
bilitationis ad quecūq; premissaz vt pa-

tribus abbatibus & cōmissariis ordinis
in cōpluribus articulis ibidem expressis
& declaratis obediant. Datq; ordini po-
testatē absoluendi/rehabilitādi/ & restitu-
endi eosdem quotiens penitētes fuerint
emendati/ & obedientes. Et q; cōmenda-
tarij nullam habent iurisdictionē seu ex-
ecutionē in dictis monasterijs/sed reduci-
tur ad patrē abbatem. Nota textū q; tot
& tanta sunt q; in summario non possent
sufficienter declarari.

Ixtus Ap̄s seruus seruorum dei.
Ad perpetuā rei memoria.
Curia nostra in varijs rebus quotidie emer-
gentibus agitata/circa hoc potissime versa-
tur/ut pastorale officium in sacre religionis
Litterciē statu felici extendētes ita ope no-
stre p̄uisionis salubriter p̄uideamus & or-
do ipse/illiusq; monasteria & loca/ & persone
In spiritualibus & temporalibus detimenta nō sustineant/sed
optate felicitatis proficiant incrementis. P̄ane licet monaste-
ria & loca eiusdem ordinis ab eorum primeua fundatione ho-
norifice constructa/ac fructibus/redditibus/ & puentibus pro-
sustentatione abbatum/monachorū/ministrorum/et aliarum
personarū inibi diuinis laudibus insistentium competenter
dotata/librisq;/calicibus & alijs ornamentis diuino cultui ne-
cessarijs munita/ac in vera obedientia suorum superio:ū per-
sistentes numero sufficienti monachi quibus honeste in victu
& vestitu prouidebatur instituti fuerint/tamen ab aliquibus

temporibus citra sicuti veridica relatione accepimus / monasteria et loca eiusdem ordinis que nonnullae persone ecclesiastice / seculares et regulares ex concessione et dispensatione sedis apostolice in commendam obtinent in eorum structuris et edificiis ruunt / Illorumque bona mobilia et immobilia / necnon fructus / redditus / et puentus dissipantur / regularis obseruantia in illis sicut deceret non obseruatur / Officium diuinum decenter non soluitur / monachi instituti numero non sunt sufficienti / et existentes victum et vestitum non habentes ut deceret prohdolor ab obedientia suorum superiorum retrahuntur / ordo / monasteria / et loca huiusmodi cōfunduntur / et non modica patiuntur detrimenta in ipsis ordinis elusionem / diuine maiestatis offensam / ac perniciolum exemplum et scandalum plurimorum . Hinc est quod nos attendentes premissa adeo esse notoria quod nulla possunt tergiuersatione celari / quod si sup eisdem non prouideatur / monasteria et loca ipsa penitus desolata manebunt / ac illa / necnon ordo ipse irreperabilia patientur / damna / ac cupientes put nostro incubit officio premissis ac scandalis que propterea exoriri possunt congruentibus remedios obuiare / ac indēnitatibus ordinis / monasteriorum / locorum / monachorum / ministrorum / et personarum eorumque quantū cum deo possumus oportune pruidere / motu proprio / non ad aliquorum instantiam / sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia omnes et singulas personas / seculares et quorumcunque ordinum regulares / presentes et futuras / cuiuscumque dignitatē / statu / gradus / ordinis nobilitatis / excellētie / preminētie / et conditionis fuerint / que monasteria et loca eiusdem ordinis / seu eorum aliquod in commendam obtinent in presentiarum et forsitan obtinebunt in posterū vbius locorum / etiam in Romana curia cōmorantes / etiam si Archiepiscopali / Episcopali / vel aliqua alia ecclesiastica vel mundana dignitate fungātur / aut nostri et sedis predicte / seu predecessorū aut successorū nostrorū Romani pontificum notarij / subdiaconi / acoliti / capellani / cubicularij / seu alias officiales / vel familiares / aut fructuum / reddituum / et puentium camere apostolice debitorum collectores / subcollectores / et existant / et quocumque exemptionis priuilegio / etia rati-

one personarū et beneficiorum suorum gaudeant et munitur
 eorūq; in ipsis monasterijs et locis/vicarios/officiarios/secu-
 lares/et regulares/monachos/receptores/servitores/et icono-
 mos/ac corum quēlibet/illorum et cuiuslibet ipsorū nomina et
 cognomina/ac qualitates p̄sentibus pro expressis habentes/
 auctoritate apostolica tenore p̄sentium monemus/primo/secū-
 do/tertio/et peremptorie cōmuniter ac diuīsim/ac eis et eorum
 cuiilibet in virtute sancte obedientie ac sub penis/sententij et
 censuris infrascriptis quas ferimus in his scriptis/et quas' ac
 earū quālibet contra faciētes eorūq; complices/fautores/et ad-
 herentes ac eorū quēlibet eoipso incurrere volumus/districte
 p̄cipiendo mandantes/motu et scientia similibus/quatenus
 omniū appellatione sublata et remota/infra terminū eisdem p-
 sonis seu cōmendatarijs vt prefertur monasteria et loca huius-
 modi in cōmendam/p tempore obtinentibus per patrē abbate-
 tem cuiuslibet ipsorum monasteriorū et locorum/seu illius aut
 capituli generalis dicti ordinis ad hoc cōmissarium super pre-
 missis et infrascriptis/ac eorū quolibet qualitate negocij/p tem-
 pore occurritis pensata/stituendū et presigendum/et quē ex-
 nunt/p ut extinc/t econuerso/eisdem et earū cuiilibet pro tertio
 et peremptorio termino ac monitione canonica statuimus/pre-
 figimus/t assignamus/in monasterijs et locis huiusmodi pro
 tempore cōmendatis/numerū monachoz per patrē abbatem
 aut cōmissariū prefatos/facultatibus ipsorū monasteriorū et
 locorū etiā pensatis/instituendū/taxandum et moderandū ha-
 beant/sustineant/foueant/et cōseruent/necnō monachis/noui-
 cys/ministris/t alijs ipsorum monasteriorū et locorū personis
 sufficienter et honeste de victu et vestitu in dormitorio/refecto-
 rio et vbiq; scdm laudabilem ipsius ordinis cōsuetudinem et p-
 ut fit et fieri cōsuevit in alijs monasterijs dicti ordinis nō cōmē-
 datis/dictū numerū monachoz/ministroz/nouicioz/pdicatorz
 vt p̄fertur moderandū/instituendū/t taxandum/directe vel indi-
 recte nullo vñqz tēpore quovis q̄sito colore minuēdo/puidēat/
 ac sollicite et debite in eisdē monasterijs et locis vt p̄ferē cōmen-
 datis diuinū officiū tam in horis canonicas q̄s beate abarie et

defunctoꝝ morose/deuote/ꝫ integrę eiusdem ordinis cerimo-
 nijs seruatis cōpetētibus ꝫ debitibꝫ horis psoluere/missas eius
 dem ordinis ꝫ fundatas/necnō anniuersaria ac quecūqꝫ ordi-
 nata suffragia recitare ꝫ dicere/ac scdm arbitriū ꝫ iudicium pa-
 trisabbatis/ſeu cōmissarij predictorū/edificia tam in monaste-
 rijs ꝫ locis ſic vt prefertur cōmēdatiſ qꝫ extra necessaria cōſtru-
 ere/edificata/constructa/ꝫ ruinosa quatenus indigebūt repa-
 rare/restaurare/ac in coopertura ꝫ alijs necessarijs omnibus ꝫ
 singulis in bono ꝫ cōdecenti ſtu manu tenere/iura/ liberta-
 tes/posſeſſiōes/census/fructus/reditus/puentus/clenodia/
 calices/cruces/reliquaria/pōtificalia/iocalia/vestes ſacras/or-
 namēta eccliaſtica/libros/cartas/vafa argētea/ꝫ cuiusuis alte-
 riꝫ metalli/suplectilia/ꝫ qcūqꝫ alia bona mobilia ꝫ ſimobilia ad
 monasteria ſeu loca hm̄oi cōmēdata/ſeu aliqđ ipſorꝫ ſpectātia
 ꝫ p̄tinēcia alienata/vel distracta/ſeu transportata/ ad ius et
 p̄prietatē ipſorum monasterioꝫ ꝫ locorū reducere ꝫ reponere/
 ac oia illa ꝫ singula alia contra omnē personā ſuadente iuſticia
 per ſe vel alios cum omni diligentia defendere/tueri/et proſe-
 qui faciant/et cum effectu procurent. **N**econon patriabbati ſeu
 commissario prefatis omnia ꝫ singula caritatia ſubſidia/ꝫ cō-
 tributiones per generale capitulū eiusdem ordinis prefato or-
 dinī aut abbatibus eiusdē pro tempore imponenda plenarie
 et integrę scdm portionē eis iuxta ipſius ordinis institutiones
 taxatam vel taxandam exhibeant et persoluant/eisqꝫ patriab-
 bati et commissario in omnibus et per omnia pareant efficaci-
 ter et obedient/ac omnia et singula per patrēabbatem et com-
 missariū prefatos circa premissa/aut aliquod eorundē vel alia
 eiusdē ordinis pro qualitate temporis explicanda et ordināda
 negocia/illa omnia et singula/ac ſi de verbo ad verbū etiā pre-
 ſentibus inſererētur p̄ expressis habentes et baberi volentes/
 realiter et cū effectu faciant et adimplere pcurent/ p̄nit et quē-
 admodū predictorū cōmendatorum et alioꝫ eiusdem ordinis
 monasteriorū abbates hactenus fecerūt ꝫ facere cōſueuerūt et
 debuerūt/ac p̄ tpe existētes facient. **H**ibentes nibilominus
 eisdē pſonis ſiue cōmendatarijs ſecularibꝫ ꝫ regularibus mo-

nasteria et loca huius in commendam, per tempore obtinentibus presen-
 tibus et futuris sub eisdem sententijs et penis, ne bona mobilia aut
 immobilia huius, seu aliqua alia ad predicta monasteria seu lo-
 ca commendata huius spectantia quouscummodo alienare, aut de
 novo infeudare, seu extra manus deputatorum, seu per tempore per
 cōuentus ipsorum monasteriorum deputandorum manus ponere per-
 sumant. **A**et si quod absit mandatis, monitionibus et inhibitioni-
 bus huius non paruerint, seu premissa et infra scripta vel aliquod
 eorum non obseruauerint, et inquitum eos tangunt et concernunt,
 seu tangere et cōcernere poterit quomodo libet in futurum fece-
 rint non obseruari, ex nunc, put extunc et extuc, put ex nunc perso-
 nas, seu commendatarios presatos, eorum officiarios, procuratores,
 fautores, adherentes, monachos, receptores, iconomos, vica-
 rios, et administratores, omnesque alios et singulos in premissis
 culpabilis et rebelles, ac eorum quemlibet excōicamus et anathe-
 matizamus, ac predictorum et aliorum monasteriorum et locorum regimi-
 ne et administratione, nec non omnibus et singulis alijs ecclesiasti-
 cis secularibus et regularibus beneficiis, canoniciatis, predictis, per
 dignitatibus, personatis, administrationibus, et officiis, cum cura
 et sine cura, nec non annuis pensionibus eis et eorum cuilibet super
 quorūcūque monasteriorū, aut locorum, seu mensarum, vel benefi-
 ciorum ecclesiasticorum fructibus, redditibus, et puentibus, per tempore
 assignatis, que in quibus suis ecclesiis sive locis obtinet et percipi-
 unt respectiue, motu sciētia et aucte similibus priuam, et ad illa
 et quecumque alia similia vel dissimilia monasteria, loca, officia,
 et beneficia obtinenda perpetuo inhabilitamus, ipsorum omnes et
 singulos excōicationis et anathematis sententias, ac priuatiōis
 et inhabilitationis penas huius incurrisse et incidisse, nec non ex-
 cēcitos, anathematizatos, ac monasterios, locis, illorumque regi-
 mine et administratione, officiis et beneficiis, ac pensionibus per-
 dictis priuatōs, et ad illa ac alia impostorum obtinēda inhabiles
 fuisse ac esse declaramus et decernimus. **A**et insuper volumus et per-
 petuo obseruāde cōstitutionis edicto auctoritate motu et sciē-
 tia similibus statuimus et ordinamus, et si cōtingat aliquod mo-
 nasterium eiusdem ordinis de novo alicui archiepiscopo vel episcopo

seu cuiusq; alteri etiā dignitate p̄dito quavis auctoritate com-
 mendari p̄ illius patr̄eabbatē seu ipsius vel eiusdē ordinis cō-
 missariū/p̄sente ipsi⁹ monasterij cōmendatario/aut eius legiti-
 mo p̄curatore/de bonis ipsius monasterij fiat inuentariū/cu-
 ius duplū vñ teneat ipse cōmendatari⁹ ⁊ aliud apud cōuen-
 tū eiusdē monasterij maneat/ipseq; cōmēdatarius anteq; pos-
 sessionē regiminis ⁊ administrationis bonoꝝ dicti monasterij
 recipiat iuramento solēni bona ipsa fideliter tractare/admini-
 strare/cōseruare ⁊ defendere iuret ⁊ iuramētū solēniter ab ab-
 batibus ipsi⁹ ordinis in eoꝝ assumptione prestari solitū/vide
 licet q̄ bona mobilia aut imobilia dicti monasterij cōtra statu-
 ta dicti ordinis non vendet/nou alienabit/aut impignorabit/
 seu de nouo infeudabit/p̄ se vel alii quocūq; titulo vel colore/
 sub penis ⁊ sententijs pdictis ⁊ infra scriptis p̄stet. Et insup q̄
 monachi/nouicij/cōuersi ⁊ donati cuiuslibet ipsoꝝ monasteri
 orū ⁊ locoꝝ eiusdem ordinis cōmendatoꝝ vt pfertur/semel in
 anno patriabbbati seu cōmissarijs pdictis de omnib⁹ peccatis
 ⁊ excessibus p̄ eos ⁊ eoru quēlibet ab yltima confessione patri-
 abbbati seu cōmissario pfatis facta/cōmissis ⁊ ppetratis p̄fiteri
 integre ⁊ tunc sine fraude in scriptis omniū bonoru apud eos
 ⁊ in eoru ysum p̄ tēpore existentiu qualitatē ⁊ quantitatē da-
 re/nouicijꝝ ipsi⁹ ordinē ipsum p̄fiteri volētes in manibus pa-
 triabbatis seu cōmissario ipsius professionē expresse emittere
 debeat ⁊ teneant⁹ ⁊ ab ipsis p̄treabbate seu ei⁹ cōmissario bene
 dictionē in talibus scđm instituta eiusdē ordinis cōcedi solitā
 humiliter recipiēdo. Patriabbbati vero ⁊ cōmissario pfatis/ut
 eosdē p̄ tempore eis cōfidentes de his que eis confessi fuerint
 nisi talia existant ppter que merito sedes aplīca fuerit cōsulen-
 da sicut monachos pprios absoluere ⁊ penitentiā salutarē in-
 iungere ⁊ ac etiā in dictis monasterijs seu locis cōmendatis cō-
 morantiū/cōfessiones audiant ⁊ t simile vel limitatā potestate
 absoluendi habeant ppetuo deputare possint/licentiā cōcedi-
 mus pariter ⁊ facultatē. Presea dilectis filijs vniuersis pdicto-
 rum monasteriorū ⁊ locoru p̄ tēpore cōmendatoꝝ patribus ab-
 batibus p̄ aplīca scripta motu simili mandamus quaten⁹ ipsi

seu quilibet ipsorum in monasteriis et locis predictis eis subditis /
 per se vel alium seu alios presentes litteras ac omnia et singula in
 eis contenta ubi quando et quotiens expedire viderint solenniter
 publicantes faciant sub sententiis censuris et penitentia predictis / ut per
 fertur per nos latus / omnia et singula in presentibus litteris conte-
 ta / et eorum quodlibet auctoritate predicta inuiolabiliter adim-
 pleri et obseruari / necnon omnes et singulos quos eis summarie co-
 stiterit in premissis et circa ea seu aliquod ipsorum culpabiles / ac
 excommunicationis et alias penas predictas incurrisse excommunicati-
 os et anathematizatos / ac beneficiis / monasteriis / officiis /
 et pensionibus predictis priuatis / et ad illa ac alia imposterum ob-
 tinenda inhabiles / publice et etiam specifice et nominatim denun-
 ciant / et faciant ab aliis nunciari / ac ab omnibus christifidelibus arc-
 tius euitari donec mandatis et monitionibus / ac aliis permis-
 per patrem abbatem seu commissarii prefatos ordinandis plenarie et
 integre paruerint / ac ab eisdem sententiis et penitentia absolutionis
 beneficii meruerint obtinere. Contradictores in permisso quos
 libet et rebelles cuiuscumque dignitatis / status / gradus / ordinis /
 dignitatis / preminetie / nobilitatis / excellentie / aut conditionis
 ut perfertur fuerint per excocationis / suspen / et interdicti / ac predi-
 cas / necnon alias etiam formidabiliiores de quibus eis videbitur sen-
 tentias / censuras / et penas eadem auctoritate / appellatione etiam
 postposita compescendo / et etiam legitimis super his per eos habedis
 seruatis processibus omnes et singulos predictos sic excommunicatos /
 necnon sententias huiusmodi quoties opus fuerit dicta auctori-
 tate aggrauare et reaggrauare / percurrent / ac omnia et singula alia
 faciant et exequantur summarie et de plano sine strepitu et figura
 iudicij / nullis terminis substantialibus obseruatis / que eis et eo-
 rum cuiilibet circa permissa vel aliquod ipsorum videbuntur exequē-
 da et facienda. Non obstantibus tam felicis recordationis Boni
 fati. viij. que incipit. Statutum quam Clementis v. Romani po-
 tifici predecessorum nostrorum / ac in concilio generali de duabus
 dictis edita / aliisque constitutionibus et ordinationibus apostoli-
 licis / statutis quoque et consuetudinibus monasteriorum locorum

ordinis huiusmodi confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis cōtrarijs quibuscūq; aut si eisdem psonis seu cōmendatarijs pdictis eorūq; officiarijs vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuīsim ab eadem sit sede induluum aut indulgeri cōtingat q; interdici supēn vel excōicari aut beneficijs suis priuari seu extra vel ultra certa loca ad iudiciū euocari nō possint p litteras apostolicas nō faciē plenā et expressam ac de verbo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē et quibusuis alijs priuilegijs indulgentijs exemptionib⁹ indultis cōcessiōnibus et litteris apostolicis generalib⁹ vel specialibus eisdē psonis seu cōmendatarijs aut eorū officiarijs procuratoribus receptorib⁹ monachis et iconimis in genere vel in specie quoūsmodo cōcessis et cōcedendis quorūcunq; tenorū existant p que p̄sentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus presentiū aut iurisdictio patrūabbatū predictorū impediri vel alias quomodolibet differri possit et que illis specialiter et expresse derogando quo ad hec nolumus aliquibus suffragari. Nos enim eisdem patribusabbatibus prefatis et corum cuiilibet ac commissario predictis prefatas personas et monasteria et loca huiusmodi in commendā pro tempore obtinentes et corumq; vicarios procuratores receptores ac alios officiarios predictos et corum quemlibet qui prefatas nostras sententias aut earum aliquā incurrerint sive incurrerit quoquomodo postq; deuote et humiliter mandatis et monitiōibus huiusmodi paruerint seu paruerit si hoc humiliter petierint ab eisdem sententijs iniunctis eis pro modo culpe penitentijs salutibus et alijs que de iure fuerint iniungenda auctoritate predicta per se vel alium seu alios absoluendi ac ad beneficia tunc obtenta et obtainenda rehabitandi et restituendi necnon secum super irregularitate si quam missas et alia diuina officia celebrando uel illis se immiscendo contrarerint dispensandi omnemq; inhabilitatis et infamie maculam sive notā per eos seu alterum ipsorum premissorū occasione quomodolibet cōtractā penitus abolendi eiusdē auctoritate et tenore cedim⁹ facultate. Et insup q; difficile foret p̄sentis lras applicas ad q;cunq;

loca in quib⁹ ille forent necessarie transferri/volumus ⁊ auctoritate p̄dicta decernim⁹ ⁊ earū transumptis manu alicui⁹ notarij publici subscriptis ⁊ sigillo alicui⁹ archiep̄i/ep̄i aut alterius plati munitis/pr̄sus in iudicio ⁊ extra fides plenaria adhibetur ⁊ illis stetur in oībus ⁊ p̄ omnia sicuti originalib⁹ litteris adhiberetur ⁊ staretur/si forent exhibite vel ostense/qd̄ q̄ eedē p̄sentes littere ac transumpta vt p̄fertur de eisdem facienda/necnō monitiones/intimationes/publicationes ⁊ t̄ executiones p̄ patresabbates seu cōmissariū prefatos ⁊ eorū quēlibet sup p̄missis seu eorundē p̄ tēpore facte/valuis seu portis monasteriorū quorū occasione illas fieri cōtigerit affigant ⁊ easdē psonas siue cōmendatarios ac alios omnes ⁊ singulos p̄dictos extunc ⁊ postea pindelgent ⁊ arcent omni appellatione vt p̄fertur remota/ac si eisdē ⁊ eoz cuilibet psonaliter intimante ⁊ lecte fuissent. Et si aliqd̄ monasteriū eiusdē ordinis patris abbatis alicui psonae etiā archiep̄ali vel ep̄ali/aut quauis aliq̄ alia dignitate p̄dite quoismodo ⁊ quauis auctoritate sit forsan cōmendatū vel imposterū cōmendari cōtingat/qd̄ eidem psonae seu cōmendatario nulla in p̄missis seu aliquo p̄missoriū sit attributa facultas/seu potestas/vel iurisdictio/seu executio sed ille extunc put exnunc ⁊ ecōtra/ad immediatū ipsi⁹ monasterij patrēabbatem deuolute sint ⁊ esse censemant. Leterum ex nunc irritū decernim⁹ ⁊ inane si secus sup his seu aliquo ipsoz a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo oīno dominū liceat hanc paginā nōrum monitionis/mandati/statuti/p̄fixionis/assignationis/inbibitionis/excoicationis/anathematizatiōis/p̄uationis/inhabilitationis/declarationis/cōstitutionis/volūtatis/ordinationis/cōcessionis/derogatiōis ⁊ decreti infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si quis aut̄ hoc attemptare presumpserit/indignationē omnipotentis dei/ ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctū Petrum/Anno incarnationis dominice Millesimo quadragesimo septuagesimo quinto. iiii. Idus Adarū. Pontificat⁹ nostri Anno quinto.

Premissum priuilegium in forma cōfirmat dñs Innocētius
papa. viij. per bullā suam/ que incipit Ex apostolice sedis/ cum
bonis additionibus super solutione subsidiorū et contributionū
per cōmendatarios. tc.

Eiusdem. **A**t monasteria cōmendata et cō-
mendanda post mortem cōmendatario-
rum plene et libere et integraliter redeunt
ad omnimodā ordinis dispositionem et
prouisionē. **E**t q̄ nulli p̄ficiantur in ab-
bates nisi per patresabbates/ seu commis-
sarios et conuētus iuxta antiquū ordinis
modum/ et q̄ promoti sint de ordine. **I**tē
pensiones extinguntur post mortē eorum
qui eas leuant/ nec in alios transferuntur
Lassantur insuper gracie/ expectatiue/
reseruationes/ mandata/ cōmende/ nomina-
